



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Conso||lacione Ivsto-|||rvm

Hillesheim, Ludwig

Coloniae, 1572

VD16 H 3678

In deo, eiusq[ue] diuinis promissis, co[n]solatione[m] omne[m] esse. Cap.
III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60369)

In Deo, eiusque diuinis promissis consolationē omnē esse.

CAPVT III.

Quid ergo illud est, quod impressum in animis piorum, pellit timores, aegritudines aufert, nullum malorum sensum relinquit, spes illorum confirmat, & totos eos letitia perfundit? Deus est, cuius cum illi ex operibus magnifici, & ordine vniuersi, ac conuersione admiranda rerum, immensitatem atque curam in omnia se extendentem, ab ipso adiuti agnoscant, colunt eū ac diligunt, eiusque voluntatem diuinam in omni vita sequuntur. Ex hac religiosa obseruatione fiducia exoritur, quā cōscientia recti alit, vnde securitas ac quies, in qua fundamentum est consolationis, quae aeternitatis & bonorum caelestium spe, quotidie confirmatur & augetur, vt sit quod propheta ait, opus iustitiae pax, & cultus iustitiae silentium, & securitas in sempiternum. Quis autē hac desideria ac vota nō confirmatio-

Esa. 32.

maior a fieri existimet? cum semper cura
 tio accedat Dei, ipsius etiam sermo ab ipsa
 aternitate, & multis ab hinc seculis e coe-
 lo ad nos perlatus, hanc speratam bonoru
 abundantiam, non tantum stabiliat, sed
 in omnium gentium ac populorum conspe-
 ctu ponat. Vox ipsius est Dei ad Abraha-
 mum fidem eius secutum, Noli timere, ego *Genes. 15.*
 protector tuus sum, & merces tua magna
 nimis. Ego Deus omnipotens, ambula co *Genes. 17.*
 ram me, & esto perfectus, ponamque fœ-
 dus meum inter me & te. Ad Isaacum, *Gene. 26.*
 Ero tecum & benedicam tibi, Et ad eun-
 dem, Noli timere, quia ego tecum sum. Ad *Gene. 28.*
 Iacobum, Ero custos tuus, quocumq; per-
 rexeris. Et ad Moysen, Vidi afflictionem
 populi mei, & clamorem eius audiui, & *Exod. 3.*
 sciens dolorem eius, descendi vt liberem eum.
 Ego Dominus pepigi fœdus cum eis. Ego
 audiui gemitum filiorum Israhel, & re- *Exod. 6.*
 cordatus sum pacti mei. Ego Dominus, *Exod. 19.*
 qui educam vos de ergastulo Aegyptioru,
 & eruam de seruitute, ac redimam in bra-
 chio.

chio excelsa, & iudicijs magnis, & assumam vos mihi in populum, & ero vester Deus. Et scietis, quia ego sum Dominus Deus vester, qui eduxerim vos de ergastulo Aegyptiorum. Si audiueritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in populum, de cunctis populis. Mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. Et ad eundem, Facies mea praeceget te, & requiem dabo tibi. Ego ostendam omne bonum tibi, & vocabor in nomine Domini, coram te, & miserebor, cuius voluero, & clemens ero, in quem mihi placuerit. Ego Dominus deus vester, custodite leges meas atque iudicia, quae faciens homo, viuet in eis. Viuo ego, & implebitur gloria domini vniuersa terra. Et ad Iosua, Non te deseram, neque derelinquam. Ecce praecipio tibi, confortare, & esto robustus. Noli metuere, & nolite timere, quoniam tecum est Dominus deus tuus, in omnibus, ad quacumque perrexeris. Ad Dauidem, Requiem dabo tibi ab omnibus

Exod. 3.

Num. 14.

Iosua 1

2. Reg. 7.

nibus inimicis tuis. Ad Salomonem, Postu³. Reg. 3.
 la quod vis vt dem tibi. Et ad eundem, Ex-
 audiui orationem tuam & deprecationē³. Reg. 9.
 tuam. Et ad Ezechiam, Noli timere à fa-⁴. Reg. 19.
 cie sermonum, quibus blasphemauerunt
 pueri regis Aegyptiorū me. Ecce ego mittā
 ei spiritū. Addamus aut ad hæc omnia cō-
 firmāda illud dei verbis est Abrahamū, ac Genes. 8.
 deinde Ieremia internūcio, aterna fide di Ierem. 32.
 ctū, Ego dominus vniuersa carnis, nūquid
 mihi difficile erit omne verbū? Sed ipsum
 Oceanū exiguo alueo includere velit, qui
 adducere ea omnia conetur, quibus ab
 ipso mundi exortu. & subsequentibus secu-
 lus spē piorum excitauit Deus ac cōfirma-
 uit, vt illi quidem etiam in hac vita ma-
 jorū aspicerent ruinas, & tamen inter om-
 nia, erecti, celsiq³ remanerent.

Domini Iesu saluatoris exor-
 tu, omnibus ad consolationem
 felicitatemque sempiternam
 aditum esse factum.

Caput